



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio LXIX. De probando exercitio iurisdictionis, & qualiter testes super
negativa non usus rationem reddere teneantur; & de prorogatione
iurisdictionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO LXIX.

De probando exercitio jurisdictionis, & qualiter testes super negativa non usus rationem redderentur; & de prorogatione jurisdictionis,

R. P. D. Ludovisio postea S. D. N. Gregorio XV.

Januen. Jurisdictionis,

Mercurii 13. Junii 1607.

SUMMARIUM,

- 1 Observantia interpretativa debet esse proxima dispositioni, nec potest esse remota, declarata, & limitata prout sub num. 26.
- 2 Exemptio prasupponit subjectionem.
- 3 Testes deponentes de jurisdictione, cum non sit deus, que cadunt sub sensu, tenentur etiam non interrogati reddere rationem per sensum corporis.
- 4 Testis deponens super negativa, tenetur reddere rationem.
- 5 Et ista ratio reddi debet per remotio- nem actus a sensu, dicendo, quod aliter esse non posset, quin ipse vidisset, & servisset.
Hoc habet locum etiam in teste, qui verisimiliter sit adeo informatus, ut non potuisset geri aliter, quin ipse sci- visset, de quo vide sub. num. 27.
- 7 Ex presentia testis arguitur scien- tia.
- 8 Testis impossibile est, quod potuerit esse presens in omnibus locis, in quibus- dam potuit fieri.
- 9 Negativa non coartata ob sui latitudi- nem non cadit verisimiliter in sensu testis.
- 10 Negativa aliquando est conjuncta cum sensu, verbi gratia, quod quis non habeat biretum, & tunc non suffi- ciente removere actum a sensu.
- 11 Testes ad probandum negativam juris- dictionis, debent probare, quod ob- lata sit occasio exercendi jurisdic- tionem scientie illo, de cujus jurisdic- tionem agitur, & non exerceri, quia pro- hibitum.

- 13 Testis deponens de fama, debet percurrere tempus ante motam litem.
- 14 Testis ignorans, quid sit fama, non probat, declara, prout sub numer. 28.
- 15 Fama non facit sufficientem probationem.
- 16 Negativa probatur per famam, quando aliter probari non potest.
- 17 Fama probatio non admittitur super eo, quod habet contra se presumptionem iuris in contrarium.
- 18 Item n. c. quando adest aliquid in contrarium quod elidit famam.
- 19 Fama probatio sui privilegiata facile prosperatur.
- 20 Jurisdictio arguitur ex cognitione causarum tam civilium, quam criminalium.
- 21 Remissoria concessio presupponit jurisdictionem.
- 22 Transportatio actorum non est necessaria, quando non tractatur de iustitia seu iniustitia; sed tantum de probando facto, quod scilicet fuerit inter partes agitatum iudicium.
- 23 Scientia probatur ex multiplicata aeternum.
- 24 Exemptus an possit prorogare jurisdictionem in personam Ordinarii, cui circumscripta exemptione esset subiectus; & vide num. 29.
- 25 Non potest, quando est immediate subiectus Sedi Apostolicae.
- 26 Ordinarius censetur alius fecisse potius nomine proprio, & ex facultate, quam habet ex iure communi, quam iure delegato, & iure speciali.

Actum fuit super usu & observantia privilegii Joannis XXIII. & parte ultra que acerrime informante Domini censuerunt ex deductis per Abbatem non probari aliquam observantiam quae releveret; ultra enim quod deberet esse proxima, & coherens privilegio, nec peti potest à remotis. Bald. in proem. ff. numer. 7. & fuit dictum in Valentina emolumentorum 24. Octobris 1583. coram Cardin. Seraphino, in una Tirafonen iuris pascondi 14. Octobris 1588. coram Bubalo, & in Alexandrina Decanatus 12. Iunii 1598. coram bon. mem. Orano. Ultra etiam quod est non solum difformis, sed etiam in aliquibus contraria privilegio, ut bene deducunt informantes pro Illustrissimo Archiepiscopo, nulla adducitur observantia circa immediatam subjectionem Sedi Apostolicae, quae non solum est potissima pars privilegii, sed etiam de natura exemptionis, quae non datur sine dicta aut alia subjectione. cap. cum non liceat, & ibi not. de prescrip. Oldrad. conf. 254. in princip. Rota decis. 1. de praescrip. in novis, & fuit dictum in Monti Regalis jurisdictionis, 18. Octobris 1598. coram R. P. D. meo Coccino Decano & 21. Februarii 1600. coram R. P. D. meo Lancelloto.

Non etiã probatur observantia circa exemptione ab ordinaria Episcopi jurisdictione
 testes

testes enim pro Abbate examinati, omittis exceptionibus quæ dantur tam contra personas, quam dicta, illam nullo modo probant; dicunt enim semper vidisse, & fuisse in quasi possessione exceptionis, sed nullam reddunt rationem, quam tamen reddere debebant, licet non interrogati, per sensum corporeum, cum hoc non sit de his, quæ sensu percipiuntur. *Barcol. in l. solam. sub num. 3. Bald. sub num. 1. vers. sed quando tale. Salicet. sub num. 2. vers. sed dico. de renunciat. Abb. in cap. cum causam, in cap. super hoc, numer. 17. vers. Et ibi Felin. num. 3. vers. fallit secundo, de testib. quam etiam reddere debissent, quando dicunt Archiepiscopum non exercuisse suam jurisdictionem in Ecclesia S. Martini, nec in Clericos d. Ecclesie, cum deponant super negativa. Felin. in cap. item locor. num. 5. Dec. num. 43. de probat. idem Dec. consil. 101. ad finem, Aymon consil. 2. sub num. 3. vers. quoniam, & quidem remotionem actus à sensu, dicendo, quod Archiepiscopus non potuisset exercere jurisdictionem, quin ipsi vidissent aut scivissent. *Gloss. in §. hinc. de testib. quam dicit Angel. communiter approbatam, Auth. de hered. Et Falco. Bald. in l. si quis. 7. C. de bon. poss. secundum tabul. Paul. de Castr. in l. 1. num. 22. ff. si cert. petat. Cardan. in l. 2. num. 6. Alex. consil. 108. num. 10. lib. 2. dec. in d. cap. tertio loco, num. 44. Et consil. num. 5. purpur. consil. 440. num. 13. Rep. in cap. cum Ecclesia, sub num. 88. vers. ratio non de caus. poss. ff. Et propr.**

Non obstat quod ex qualitate testium, qui sunt Cappellani dictæ Ecclesie, appareat ipsos fuisse taliter informatos, quod non potuissent exerceri jurisdictionem, quia ipsi scivissent, quo casu non requiritur, quod illud exprimat, *gloss. in l. 1. §. hoc inter. Et il. primo in v. b. an non in fin. ff. de itin. actuque privat. quia ultra, quod plures ipsi non sunt Cappellani, gloss. illa non est simpliciter, prout loquitur, intelligendum propterea ab ea cavendum dicit. Bald. in Lactor post num. 14. C. de probat. Et Fin. in l. 2. num. 4. in fin. ff. eod. & duram appellat Dynus in d. §. hoc inter dicto quem sequitur ibi Bart. salvari tamen posset gloss. prout illam salvat Aret. in cap. 3. loco num. 11. Et post eum Felin. sub num. 5. quod procedat in illis, quæ non solent fieri in omni loco, & omni tempore, sed certo loco, & tempore, & solemniter certo signo præcedent, tunc, qui sunt de loco, & præsentem in loco præsumuntur habere notitiam, unde non applicatur casui nostro, quia clarum est, quod Archiepiscopus potuit omnium temporum Ecclesie, de qua agitur,*

Rursus testes non deponunt de præsentia, ex qua arguitur scientia, & ultra, *Aret. Et Felin. tradit Dec. in d. cap. tertio loco sub nu. 44. Ruin. consil. 145. num. 2. ad fin. l. 5. Paris. consil. 162. num. 14. Et seq. lib. 4. quæ præsentia est etiam impossibilis, cum requiratur continua in locis, in quibus potuit exerceri jurisdictionem. Card. consil. 52. num. 5. Et 6. præterea dictum gloss. indubitanter non procedit, quando negativa est parum co-*

retractata, seu non multum restricta; quia ob sui latitudinem non cadit vetusimiliter in
 scientia hominis testificantis. *Bal. in d. l. actor. n. 13. Et 14. Flor. in d. l. 2. sub n. 4. idem dicit*
Salic. in d. l. actor. n. 13. circa med. Lanfranc. in cap. quoniam contra in 3. not. sub n. 15. vers.
non non omitto. Corn. cons. 105 sub n. 14. vers. et patet. 3. Nat. cons. 648. sub n. 12. Boff. in
no. de defen. eorum, n. 18. Cotta in memorialibus. verb. negativa, vers. alium etiam eum,
et loquitur Bald. de deponente per tempus unius anni, imo unius mensis; testes au-
tem in casu deponunt negativam per tempus 40. annorum: & tanto magis, quia
ultra tantam latitudinem temporis concurret etiam incertitudo loci, in quo potuit
exerceri jurisdicatio, ut per Salic. ubi supra. Decisio Asculana parochialis S. Laurentii
ex advento alleg. ta loquitur in actis per manentibus, videlicet de Arca, Sigillo, & a-
lis signis Collegiatae, quae indubitanter sciuntur ab illis Clericis, qui in Ecclesia simul
morantur, & allegat. Aretin. Et Paris. supra alleg. & propterea debet intelligi juxta
eorum declarationem. Alia Portugallen, unionis loquitur in eisdem terminis, vi-
delicet in signis Collegiatae & in non restitutione Ecclesiae, quo casu negativa, est
conjuncta sensui, & sub sensum cadit, licet negativa quod aliquis non haberet locu-
lus, sive Biretum. Dec. est Innoc. Et Abb. in cap. quoniam, contra num. 69. de probat.
Præterea testes debuissent dicere, quod Archiepiscopo oblata sit occasio exercendi
jurisdictionem eo sciente, & non exercuit. Ign. in l. necessario, §. non alias, numer. 162.
vers. quare testis. ff. ad Syllanum. & quod non exercuerit, quia prohibitus fuerit. Aym.
cons. 154. post num. 2. cum multis adductis per informantes.

Non obstat quod testes deponunt de fama, quae solet supplere probationem ne-
 gativæ; quia ultra quod aliqui deponunt per tempus præsens, & non probant, cum
 non percuciant tempus ante motam litem. *Caput. de iur. 413. par. 2. aliqui ignorant*
quid sit fama Dec. in l. 1. in 2. lect. num. 52. ff. si cert. pet. Rum. cons. 44. num. 14. lib. 4. in o-
mnem eventum ex fama non oritur sufficiens probatio. l. 3. §. eiusdem, juncta glossa ff.
de i. fam. gl. fam. cap. dilectus, verb. fama, ubi Dec. post alios, num. 36. de appell. Rot. dec.
16. de prob. in nov. Cassad. dec. 2. in princip. eod. tit. & quod dicitur probari negativam
per famam procedit, quando aliter probari non potest. Bald. in l. pauperias, in fin. ff.
de excusat. tit. Rursus non admittitur probatio per famam super eo, contra quod mi-
litar præsumptio iuris in contrarium ut per Aymon. cons. 425 num. 86. vers. secundo re-
spondio, Et num. seq. in casu autem isto est præsumptio pro affirmativa & pro Archi-
episcopi jurisdictione contra negativam, cap. cum persona, de priv. lib. 6. Nec etiam
quando adsunt aliqua in contrarium, quæ elidunt & debilitent famam, quo casu e-
tiam in antiquis non probat, ut fuit dictum in una Oveten. canonicatus 24. Januarii
1578. coram Cardin. Seraphino. cum enim fama procedat ex jure privilegiato, fa ille
proferuntur. Curt. jun. cons. 17. sub num. 1. Aym. d. cons. num. 87. dantur autem pro par-
te Archiepiscopi plerumque actus jurisdictionales, qui non solum elidunt famam, sed
*etiam convincunt testes, si non de mendacio & fallitate, saltem de non suffi-
 infor-*

Rr

informatione, & quod non est verum assumptum partis adversæ, quod si Archiepiscopus exercuisset jurisdictionem, non esset factum in scilicet testibus.

19 Probatur autem ex Scripturis, quæ dantur, multiplex cognitio causarum civilium, quàm criminalium, in curia Archiepiscopali, quæ sine dubio ad jurisdictionem spectat. *Imperium ff. de jurisd. omn. judic. Rom. cons. 70. numer. 13. Decretalium, quæ pariter à jurisdictione procedit. Abb. in cap. fraternitati, sub numero 694. numer. 12. Socin. consil. 187. numer. 19. lib. 2. Item concessio litterarum regularium, quæ pariter à jurisdictione procedit. Abb. in cap. fraternitati, sub numero 18. Aprilis 1581. coram Laurentano. Dantur etiam multi actus concernentes tantentiosam quàm voluntariam & diæcesanam jurisdictionem, de quibus late per formantes, & in Summario Archiepiscopi.*

20 Non obstat, quod opponitur non esse in forma probanti, sed fides, quæ faciunt fidem; quia in multis dantur instrumenta actorum tradita à notariis, vel successoribus in officio; aliqui coadjuvantur & probantur ex depositionibus testium partis adversæ, & ubi opus esset, posset particulariter videri.

21 Non obstat quod non exhibeantur acta integra causarum agitarum, non tractatur de justitia vel injuria earum, sed tantum quod fuerint agitate partes, nec obstat quod potuerint esse actus facti ex negligentia Archiepiscopi, quia in multis apparet statim & immediatè, cum evenit casus, aditam curiam Archiepiscopalem.

22 Non obstat quod non appareat fuisse factos sciente Abbate, quia ultra ex eorum multiplicitate præsumitur scientia. *Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina, numer. 25. vers. Et an præsumatur, de causa poss. & propriet. sui dictum in Reatina Beneficia Junii 1576. coram Cardin. Serabino. datur depositio duorum testium, ex qua probatur, duos Clericos S. Matthæi, qui se invicem perculserant, fuisse ab ipsomet Abbate ad Archiepiscopum transmisos pro absolutione; & actus factus contra per Abbatem, videlicet prohibitio Archiepiscopi seu ejus Vicarii ne benediceretur & calices; & ubi non probaretur scientia Abbatis, saltem elideretur probantium dicentium Archiepiscopum nunquam exercuisse jurisdictionem.*

Non obstat quod dicti actus potuerint fieri ex prorogatione, quam potest emptus facere in personâ ejus, qui esset ordinatus cum scripta exemptione *jurisf. 14. Federi. de Senis. quia ultra quod d. consilium Federici habet multos contractores ut late per Socin. in cap. significasti, numer. 42. de foro compet. & Rota apud Cregov. decis. 3. de foro comp. firmavit exemptum non posse prorogare jurisdictionem, cum non agatur de suo præjudicio tantum, sed etiam de præjudicio superioris. Decisio Salamantina jurisdictionis ex adverso allegata loquitur expressè quando exempti non sunt immediatè subjeeti Sedi Apostolicæ; & non sine causa, quia isti non possunt prorogare, ut per Felin. in cap. P. & G. numer. 13. de offic. deleg. & pariter loquitur expressè*

prelse quando non redundat præjudicium alterius quam prorogantis. Præterea illud possit procedere, quando non dubitaretur de exemptione, sed ageretur tantum de validitate actorum ordinarii; cum autem negetur exemptio, censendum potius, quod actus sint facti ab ordinario jure proprio, & ex facultate, quam habet de jure communi ex latè deductis. in Conchen. jurisdictionis 22. Maii 1593. coram Cardin. Mantica. Alia bene tolluntur per informantes pro Archiepiscopo, ex quibus fuit conclusum non constare de observantia privilegii.

Noti obstat, quod testes dicant Archiepiscopum Riparcham semel voluisse visitare Ecclesiam & non fuisse admissum; quia est unicus actus & modernus, nec apparet an prohibitioni acquieverit.

DECISIO LXX.

Exemptio respectu unius qualitatis, an & quomodo restringenda, item an exempti prorogare possint jurisdictionem judicis ordinarii.

Illustrif. Seraphino.

Inter impres-
sas Seraphina
decis. 305.

Salamantina Jurisdictionis.

Veneris 17. Decembris 1582.

SUMMARIUM.

- 1 Exemptio concernens tantum personam, quam quis representat, non debet extendi contra jurisdictionem ordinariam Episcopi, sub qua subestratione beneficii.
- 2 Quando allegatur privilegium, & prescriptio, manutenendus est is, qui privilegium allegat.
- 3 Jus

R. 2

3. Jus